303. RUMEX *maritimus* floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis: foliis linearibus.
Dan. *Strand-Skreppe.*
In littore maris.

304. RUMEX *acutus* floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis: foliis cordato-oblongis acuminatis. *P. Fl. Oec.* 127.
Dan. *Röd Skreppe; Rhabur.*
Pharmac. LAPATHI ACUTI radix, herba, semina.
In humidis.

305. RUMEX *aquaticus* floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis nudis: foliis cordatis acutis.
In ripa.

* * Floribus *diclinis.*

306. RUMEX *acetosa* floribus dioicis: foliis oblongis sagittatis. *P. Fl. Oec.* 126.
Dan. *Syrer, Suur-Kaal.*
Pharmac. ACETOSÆ NOSTRATIS herba, radix.
In nemore ac in pratis.

307. RUMEX *acetosella* floribus dioicis: foliis lanceolato-hastatis.
In pratis ubique.

140. SCHEUCHZERIA. 452.

308. * SCHEUCHZERIA *paluſtris. Fl. Dan. t. 76.*
In inſulis lacuum *Bagſværd* & *Lyngbye* frequens.

141. TRIGLOCHIN. 453.

309. TRIGLOCHIN *paluſtre* capſulis trilocularibus ſublinearibus.
In pratis humidis.

310. TRIGLOCHIN *maritimum* capſulis ſexlocularibus ovatis.
Dan. *Strand-Siv-Græs.*
In maritimis rarius.

POLYGYNIA.

142. ALISMA. 460.

311. ALISMA *plantago aquatica* foliis ovatis acutis: fructibus obtuſe trigonis.
Dan. *Gotberaad.*
In paludoſis vulgaris.

312. † ALISMA *natans* foliis ovatis obtuſis: pedunculis ſolitariis. *Act. Pariſ.* 1719. *t.* 4. *f.* 8.

313. ALISMA *Ranunculoïdes* foliis lineari-lanceolatis; fructibus globoſo-ſquarroſis.
Fl. Dan. t. 122.
In foſſis rarius.



Classis VII.

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

43. TRIENTALIS. *Cal.* 7-phyllus. *Cor.* 7-partita æqualis plana. *Bacca* 1-locularis, ſicca.

MONOGYNIA.

143. TRIENTALIS. 461.

314. TRIENTALIS *Europæa* foliis lanceolatis integerrimis. *Fl. Dan. t.* 84.
Dan. *Vinter-Grön.*
In Sylva ac in nemore vulgatiſſima.



Classis VIII.

OCTANDRIA

MONOGYNIA.

* Flores *completi.*

145. EPILOBIUM. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus, superus. *Capſ.* oblonga, 4-locularis. *Sem.* papposa.

144. OENOTHERA. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4. *Capſ.* cylindrica, infera. *Sem.* nuda.

146. VACCINIUM. *Cor.* 1-petala; *Filamenta* receptaculo inserta. *Cal.* 4-dentatus, superus. *Bacca* 4-locularis, polysperma.

147. ERICA. *Cor.* 1-petala, 4-fida. *Cal.* 4-phyllus, inferus. *Filament.* receptaculo inserta. *Antheræ* 2-fidæ. *Capſ.* 4-locularis.

† *Monotropa Hypopithys.*

** Flores *incompleti.*

148. DAPHNE. *Cal.* o. *Cor.* 4-fida, marcescens, *Stamina* includens. *Bacca* pulposa, 1-sperma.

TRIGYNIA.

149. POLYGONUM. *Cal.* o. *Cor.* 5-partita calycina. *Sem.* 1-angulatum, nudum.

TETRAGYNIA.

151. ADOXA. *Cor.* 4-seu 5-fida, supera. *Cal.* 2-fidus, inferus. *Bacca* 4-seu 5-locularis, calyci coalita.

152. ELATINE. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Capſ.* 4-locularis, 4-valvis, depressa.

150. PARIS. *Cor.* 4-petala, subulata. *Cal.* 4-phyllus. *Bacca* 4-locularis.

MONOGYNIA.

144. OENOTHERA. 469.

15. * OENOTHERA *biennis* foliis ovato - lanceolatis planis: caule muricato subvilloso.
In cespitosis horti Virginica planta sponte provenit; nunquam in vicinitate culta.

145. EPILOBIUM. 471.

* Staminibus *declinatis*.

316. EPILOBIUM *angustifolium* foliis sparsis lineari-lanceolatis: floribus inæqualibus. *P. Fl.* 63.
Dan. *Due - Urt.*
In margine agri prope *Othiniam Fioniæ* tria individua, in petris Molis *Hassiæ*, vulgo *Winterkasten*, numerosa offendi. Planta hortis digna.

* * Staminibus *erectis regularibus*: Petalis *bifidis*.

317. EPILOBIUM *hirsutum* foliis oppositis lanceolatis serratis decurrenti - amplexicaulibus.
In paludoso ad lacum *Bagsværd*.

318. EPILOBIUM *montanum* foliis oppositis ovatis dentatis.
In sylvestribus frequens.

319. EPILOBIUM *tetragonum* foliis lanceolatis denticulatis, imis oppositis: caule tetragono.
In sylvestribus rarius.

320. EPILOBIUM *palustre* foliis oppositis lanceolatis integerrimis: petalis emarginatis: caule erecto.
In humidiusculis.

146. VACCINIUM. 483.

* Foliis *annotinis deciduis.*

321. VACCINIUM *Myrtillus* pedunculis unifloris: foliis ovatis serratis deciduis: caule angulato.
P. Fl. Oec. 149.
Dan. *Blaa-Bær.*
Pharmac. MYRTILLI baccæ.
In sylva ad lacum *Fuursöe*, & in alnetis.

322. VACCINIUM *uliginosum* pedunculis unifloris: foliis integerrimis ovalibus basi ciliatis.
Dan. *Bölle-Bær.*
In uliginosis.

* * Foliis *sempervirentibus.*

323. † VACCINIUM *Vitis idæa* racemis terminalibus nutantibus: foliis obovatis revolutis integerrimis subtus punctatis. *Fl. Dan. t.* 41. *P. Fl. Oec.* 151.
Dan. *Tytte-Bær*, *Kröfing-Bær.*
In sterilibus, sabulosis.

324. VACCINIUM *Oxycoccus* foliis integerrimis revolutis ovatis: caulibus repentibus filiformibus nudis. *Fl. Dan. t.* 80. *P. Fl. Oec.* 150.
Dan. *Trane-Bær.*
In paludibus Sphagno obsitis in sylva vulgo *Hareskov*, ac lacus *Lyngbye.*

147. ERICA. 484.

325. ERICA *vulgaris* antheris bicornibus inclusis: corollis inæqualibus campanulatis mediocribus: foliis oppositis sagittatis. *P. Fl. Oec.* 66.
Dan. *Lyng.*
In campis sterilibus.

326. † ERICA *Tetralix* antheris bicornibus inclusis: corollis subglobosis confertis folio longioribus: foliis quaternis ciliatis patentibus. *Fl. Dan. t.* 81.
Copiose in ericetis inter *Apenrade* & *Flensburgum.*

327. † ERICA *cinerea* antheris bicornibus inclusis: corollis ovatis racemosis: foliis ternis glabris linearibus. *Fl. Dan. t.* 39.

148. DAPHNE. 485.

328. DAPHNE *Mezereum* floribus sessilibus ternis caulinis: foliis lanceolatis deciduis.
Pharmac. LAUREOLÆ cortex.
Rarissime, semel modo legi.

TRIGYNIA.

149. POLYGONUM. 495.

* Spica *unica.*

329. POLYGONUM *bistorta* caule simplicissimo, monostachyo: foliis ovatis in petiolum decurrentibus.
P. Fl. Oec. 109.
Dan. *Slange-Urt.*

* * Pistillo *bifido.*

330. POLYGONUM *amphibium* floribus pentandris semidigynis: staminibus corolla longioribus.
Dan. *Pile-Urt.*
In aquosis glabrum; in siccis scabrum.

331. POLYGONUM *hydropiper* floribus hexandris semidigynis: foliis lanceolatis: stipulis submuticis.
P. Fl. Oec. 110.
Dan. *Vand-Peber; Bitter Pile-Urt.*
Pharmac. PERSICARIÆ herba.
In subhumidis.

332. POLYGONUM *persicaria* floribus hexandris digynis: spicis ovato-oblongis: foliis lanceolatis: stipulis ciliatis.

In ruderatis.

*** Foliis *indivisis*: Floribus *octandris*.

333. POLYGONUM *aviculare* floribus octandris trigynis axillaribus: foliis lanceolatis: caule procumbente herbaceo. *P. Fl. Oec.* 108.

Dan. *Vey-Græs; Hönse-Græs; Hundrede-Knuder.*

Pharmac. CENTUMNODIÆ herba.

In agris & alibi.

**** Foliis *subcordatis*.

334. POLYGONUM *Convolvulus* foliis cordatis: caule volubili: floribus planiusculis.

Dan. *Snerle.*

In agris ac in horto frequens.

TETRAGYNIA.

150. PARIS. 500.

335. PARIS *quadrifolia. Fl. Dan. t.* 139.

Dan. *Ulfs-Bær; Fire-Blad.*

Pharmac. Baccæ herb. PARIDIS.

In prato alneo ad lacum *Bagsværd*; in insula *Thorsinge* passim in nemorosis.

151. ADOXA. 501.

336. ADOXA *Moschatellina. Fl. Dan. t.* 94.

Dan. *Desmer-Urt.*

In nemorosis passim. In horto regio *Fridrichsberg.* copiose.

152. ELATINE. 502.

337. ELATINE *Hydropiper* foliis oppositis. *Fl. Dan. t.* 156. *Vaill. Bot. Paris. t.* 2. *f.* 2.

In rivulo.

Classis IX.

ENNEANDRIA.


HEXAGYNIA.

153. BUTOMUS. *Cal.* o. *Cor.* 6-petala. *Caps.* 6-polyspermæ.

HEXAGYNIA.

153. BUTOMUS. 507.

938. BUTOMUS *umbellatus*.
In amne, qua hortum permanat.



Classis X.

DECANDRIA

MONOGYNIA.

Flores *polypetali æquales.*

154. MONOTROPA. *Cal.* o. *Pet.* 10, quorum 5 exteriora basi excavato-mellifera. *Caps.* 5-valvis, polysperma.

Quinta pars numeri excluditur omnibus lateralibus floribus.

158. PYROLA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Antheræ* sursum bicornes. *Caps.* 5-locularis, angulis dehiscens, polysperma.

155. LEDUM. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* plana, 5-partita. *Caps.* 5-locularis, basi dehiscens, polysperma.

Flores *monopetali æquales.*

156. ANDROMEDA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* ovata: ore 5-fido: *Caps.* 5-locularis.

157. ARBUTUS. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* ovata, ore basi pellucida. *Bacca* 5-locularis.

DIGYNIA.

161. SCLERANTHUS. *Cor.* o. *Cal.* 5-fidus, superus. *Sem.* 2. calyci inclusa.

159. CHRYSOSPLENIUM. *Cor.* o. *Cal.* 4 seu 5-fidus superus, coloratus. *Caps.* 2-rostris, 1-locularis, polysperma.

160. SAXIFRAGA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-partitus. *Caps.* 2-rostris, 1-locularis.

162. SAPONARIA. *Cor.* 5-petala. *Pet.* unguiculata. *Cal.* 1-phyllus, nudus. *Capſ.* oblonga, 1-locularis.

163. DIANTHUS. *Cor.* 5-petala. *Pet.* unguiculata. *Cal.* cylindricus, 1-phyllus: baſi ſquamis 4. *Capſ.* cylindrica, 1-locularis.

TRIGYNIA.

167. ARENARIA. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma. *Petal.* 5. integra patentia. *Cal.* 5-phyllus, patens.

166. STELLARIA. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma. *Petala* 5-bipartita, patentia. *Cal.* 5-phyllus, patens.

164. CUCUBALUS. *Capſ.* 3-locularis. *Petal.* 5. unguiculata: fauce nuda. *Cal.* inflatus.

165. SILENE. *Capſ.* 3-locularis. *Pet.* 5. unguiculata: fauce coronata. *Cal.* ventricoſus.

† Tamarix Germanica.

PENTAGYNIA.

168. SEDUM. *Capſ.* 5. ad nectaria. *Cor.* 5-petala. Squamæ nectariferæ 5, ad baſin germinis. *Cal.* 5-fidus.

173. SPERGULA. *Capſ.* 1-locularis, 5-valvis, ovata. *Pet.* 5, integra. *Cal.* 5-phyllus.


172. CERASTIUM. *Capſ.* 1-locularis, apice dehiſcens. *Petala* bifida. *Cal.* 5-phyllus.

170. AGROSTEMMA. *Capſ.* 1-locularis, oblonga. *Petala* 5, unguiculata: limbo obtuſo, indiviſo. *Cal.* 1-phyllus, tubuloſus, coriaceus.

171. LYCHNIS. *Capſ.* 3-locularis, oblonga. *Pet.* 5, unguiculata: limbo bifido. *Cal.* 1-phyllus, oblongus, lævis.

169. OXALIS. *Capſ.* 5-locularis, 5-gona, angulis dehiſcens. *Petala* unguibus connexa. *Cal.* 5-phyllus.

† Adoxa.



MONOGYNIA.

154. MONOTROPA. 536.

339. MONOTROPA *Hipopithys* floribus lateralibus octandris: terminali decandro. *Fl. Dan.* t. 232.
In vivario frequens; in Sylvis vulgo *Hareskov*, *Trueskov*, & in luco *Kalven* ad *Dronninggaard* sæpius legi.
Parasitica radiculæ fagi, uti conspicitur in icone optima *Fl. Dan.*, nullam ipsa radicem habens.

155. LEDUM. 546.

340. † LEDUM *palustre*.
Pharmac. RORISMARINI SYLVESTRIS herba.

156. ANDROMEDA. 549.

341. † ANDROMEDA *polifolia* pedunculis aggregatis: corollis ovatis: foliis alternis lanceolatis revolutis. *Fl. Dan.* t. 54.
Dan. *Vild Rosmarin.*
Ad *Kollekolle* crescere quidem dicitur, mihi in paludibus ejus regionis assidue quovis tempore quærenti nunquam se obtulit.

157. ARBUTUS. 522.

342. † ARBUTUS *uva ursi* caulibus procumbentibus: foliis integerrimis. *Fl. Dan.* t. 33. *P. Fl. Oec.* 23.
Dan. *Meelbær-Riis.*

158. PYROLA. 554.

343. PYROLA *rotundifolia* staminibus adscendentibus: pistillo declinato. *Fl. Dan.* t. 110.
Dan. *Vinter-Grön.*
Pharmac. PYROLÆ herba.
In Insulis lacus *Lyngbye* paludosis.

344. PYROLA *minor* floribus racemosis dispersis: staminibus pistillisque rectis. *Fl. Dan. t.* 55.
Locis umbrosis passim; in vivario, in Sylva *Hareskov* & in *Næsset*, ac in Insula *Kvaberholm* frequens.

345. PYROLA *secunda* racemo unilaterali.
In præcipitiis Sylvæ *Hareskov* frequens.

DIGYNIA.

159. CHRYSOSPLENIUM. 558.

346. CHRYSOSPLENIUM *alternifolium* foliis alternis.
Frequens in uliginosis Vivarii ac Sylvæ *Næsset*.

160. SAXIFRAGA. 559.

347. * SAXIFRAGA *Hirculus* foliis caulinis lanceolatis alternis nudis inermibus: caule erecto.
Fl. Dan. t. 200.
In prato paludoso *Jonstrup* frequens.

348. SAXIFRAGA *granulata* foliis reniformibus caulinis lobatis: caule ramoso: radice granulosa.
Dan. *Steenbrek.*
Pharmac. SAXIFRAGÆ ALBÆ radix sub nomine seminum, herba, flores.
In arvis sterilibus frequens.

349. † SAXIFRAGA *tridactylites* foliis cuneiformibus trifidis alternis: caule erecto ramoso.
In *Amagria* frequens.

161. SCLERANTHUS. 562.

350. SCLERANTHUS *annuus* calycibus fructus patulis.
P. Fl. Oec. 133.
Dan. *Tand-Urt; Knavel.*
In agris.

51. SCLERANTHUS *perennis* calycibus fructus clauſis. In arvis ſiccis ac in ceſpitoſis.

162. SAPONARIA. 564.

52. SAPONARIA *officinalis* calycibus cylindricis: foliis ovato-lanceolatis.
Extra hortum copioſe.

163. DIANTHUS. 565.

* Flores *aggregati.*

353. DIANTHUS *armeria* floribus aggregatis faſciculatis: ſquamis calycinis lanceolatis villoſis, tubum æquantibus. *Fl. Dan. t.* 230.
Dan. *Vilde Nelliker.*
In arvis raro.

354. † DIANTHUS *prolifer* floribus aggregatis capitatis: ſquamis calycinis ovatis obtuſis muticis tubum ſuperantibus. *Fl. Dan. t.* 201.
In *Bornholmia.*

* * Flores *ſolitarii.*

355. DIANTHUS *deltoïdes* floribus ſolitariis; ſquamis calycinis lanceolatis binis: corollis crenatis.
In aridis, loco elatiori, vulgo *Brankebakke.*

356. † DIANTHUS *ſuperbus* floribus paniculatis: ſquamis calycinis brevibus acuminatis: corollis multifido-capillaribus: caule erecto.

357. † DIANTHUS *plumarius* floribus ſolitariis; ſquamis calycinis ſubovatis breviſſimis: corollis multifidis fauce pubeſcentibus.

* * * Caule *unifloro herbaceo.*

358. DIANTHUS *arenarius* caulibus ſubunifloris: ſqua-

mis calycinis ovatis obtusis: corollis multifidis: foliis linearibus.

In arenosis.

TRIGYNIA.

164. CUCUBALUS. 566.

359. † CUCUBALUS *bacciferus* calycibus campanulatis: petalis distantibus: pericarpiis coloratis: ramis divaricatis.

360. CUCUBALUS *Behen* calycibus subglobosis glabris reticulato venosis: capsulis trilocularibus: corollis subnudis.

In siccis vulgo *Deyligheden*.

165. SILENE. 567.

361. SILENE *nutans* petalis bifidis: floribus lateralibus secundis cernuis: panicula nutante.

Dan. *Tiære-Urt.*

Passim in montosis, ad Molendinum ærarium frequens.

362. † SILENE *armeria* floribus fasciculatis fastigiatis: foliis superioribus cordatis glabris.

166. STELLARIA. 568.

363. STELLARIA *nemorum* foliis cordatis petiolatis: panicula pedunculis ramosis.

In vivario, ac in luco ad lacum *Værelöse*.

364. STELLARIA *holostea* foliis lanceolatis serrulatis: petalis bifidis.

Dan. *Oeyentröst.*

In Nemore.

365. STEL-

365. STELLARIA *graminea* foliis linearibus integerrimis: floribus paniculatis.
In sylvestribus vulgaris.

167. ARENARIA. 569.

366. ARENARIA *peploïdes* foliis ovatis acutis carnosis.
In littore maris.
367. * ARENARIA *trinervia* foliis ovatis acutis petiolatis, nervosis.
In Nemore.
368. ARENARIA *serpyllifolia* foliis subovatis acutis sessilibus: corollis calyce brevioribus.
In glareosis.
369. ARENARIA *rubra* foliis filiformibus: stipulis membranaceis vaginantibus.
Dan. *Knæ - Græs.*
In arvis copiose.

PENTAGYNIA.

168. SEDUM. 579.

* *Planifolia.*

370. † SEDUM *Telephium* foliis planiusculis serratis: corymbo folioso: caule erecto.
Dan. *St. Hans - Urt; Kræft - Urt.*
In sabulosis præcipitiis maritimis ad villam *Fioniæ Lundsgaard.*

* * *Teretifolia.*

371. † SEDUM *album* foliis oblongis obtusis teretiusculis sessilibus patentibus: cyma ramosa.
Fl. Dan. t. 66.

372. SEDUM *acre* foliis subovatis adnato - sessilibus gibbis erectiusculis alternis: cyma trifida.
Dan. *Helleknop.*
Pharmac. SEDI MINORIS herba.
In sterilissimis frequens.

373. SEDUM *sexangulare* foliis subovatis adnato - sessilibus, gibbis erectiusculis sexfariam imbricatis.
In campis siccis.

169. OXALIS. 582.

* Scapo *radicali.*

374. OXALIS *acetosella* scapo unifloro: foliis ternatis: radice squamoso - articulata. *P. Fl. Oec.* 104.
Dan. *Suur - Klever; Giöge - Mad.*
Pharmac. ACETOSELLÆ herba.
In Sylvestribus.

* * Foliis *caulinis alternis.*

375. † OXALIS *corniculata* caule ramoso diffuso: pedunculis umbelliferis.

170. AGROSTEMMA. 583.

376. AGROSTEMMA *githago* hirsuta, calycibus corollam æquantibus: petalis integris nudis.
Pauli Fl. Oec. 9.
Dan. *Klinte.*
Inter Secale.

171. LYCHNIS. 584.

377. LYCHNIS *flos cuculi* petalis quadrifidis: fructu subrotundo.
Dan. *Hofmod; Græs - Nellike.*
In pratis humidis frequens.

378. LYCHNIS *viſcaria* petalis integris.
Dan. *Tiære-Urt; Beeg-Urt.*
In pratis elevatis, *Brankebakke.*
In quibusdam floſculis quatuor modo inveniuntur piſtilla.

379. LYCHNIS *dioïca* floribus dioïcis.
Paſſim; in prato ad lacum *Bagſværd* vulgaris, flore purpureo.

172. CERASTIUM. 585.

* Capſulis *oblongis.*

380. CERASTIUM *vulgatum* foliis ovatis: petalis calyci æqualibus: caulibus diffuſis.
Vaill. Bot. Pariſ. t. 30. *f.* 1.
In ruderatis.

381. * CERASTIUM *viſcoſum* erectum villoſo-viſcoſum. *Vaill. Bot. Pariſ. t.* 30. *f.* 3.
In maceriis.

382. CERASTIUM *ſemidecandrum* floribus pentandris; petalis emarginatis. *Vaill. Bot. Pariſ. t.* 20. *f.* 2.
In paſcuis.

383. CERASTIUM *arvenſe* foliis lineari-lanceolatis acutis glabris: corollis calyce majoribus.
Vaill. Bot. Pariſ. t. 30. *f.* 4.
In arenoſis.

* * Capſulis *ſubrotundis.*

384. CERASTIUM *aquaticum* foliis cordatis ſeſſilibus: floribus ſolitariis: fructibus pendulis.
In umbroſis ſubhumidis.

173. SPERGULA. 586.

385. SPERGULA *arvensis* foliis verticillatis: floribus decandris.
P. Fl. Oec. 140.
Dan. *Knæ-Græs.*
In arvis frequens.

* SPERGULA *pentandra* foliis verticillatis: floribus pentandris.
In arvis rarior. Num sola præcedentis varietas?

386. SPERGULA *nodosa* foliis oppositis subulatis lævibus: caulibus simplicibus.
Fl. Dan. t. 96.
In campis depressis.



Classis XI.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

174. ASARUM. *Cor.* 0. *Cal.* 3- seu 4-fidus, superus. *Capſ.* 6-seu 8-locularis, coriacea, coronata.
175. LYTHRUM. *Cor.* 6-petala, calyci inserta. *Cal.* 12-fidus, inferus. *Capſ.* 2-locularis, polyſperma.

DIGYNIA.

176. AGRIMONIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-dentatus, altero obvallatus. *Sem.* 1. ſ. 2. in fundo calycis.

TRIGYNIA.

177. RESEDA. *Corollæ* petala laciniata. *Cal.* 1-phyllus, partitus. *Capſ.* 1-locularis, ore dehiſcens.
178. EUPHORBIA. *Cor.* 4-seu 5-petala. *Petalis* peltatis. *Cal.* 1-phyllus, ventricoſus. *Capſ.* 3-cocca.

DODECAGYNIA.

179. SEMPERVIVUM. *Cor.* 12-petala. *Cal.* 12-partitus. *Capſ.* 12, polyſpermæ.



MONOGYNIA.

174. ASARUM. 589.

387. † ASARUM *Europæum* foliis reniformibus obtusis binis.
Pharmac. ASARI radix, folia, semina.

175. LYTHRUM. 604.

388. LYTHRUM *Salicaria* foliis oppositis cordato-lanceolatis: floribus spicatis dodecandris.
Dan. *Katte-Urt.*
Ad ripam amnis in Nemore frequens.

DIGYNIA.

176. AGRIMONIA. 607.

389. AGRIMONIA *Eupatoria* foliis caulinis pinnatis: impari sessili: fructibus hispidis.
Dan *Agermaane.*
Pharmac. AGRIMONIÆ herba.
In pratis apricis.

TRIGYNIA.

177. RESEDA. 608.

390. RESEDA *Luteola* foliis lanceolatis integris: calycibus quadrifidis.
P. Fl. Oec. 122.
Dan. *Vau.*
In arvis & ad sepes.

178. EUPHORBIA. 609.

391. EUPHORBIA *Helioscopia* umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucellis obovatis: foliis cuneiformibus serratis.
Dan. *Ulve-Melk; Fandens-Melk.*
Pharmac. ESULÆ herba.
In cultis frequens.

392. EUPHORBIA *Peplus* umbella trifida: dichotoma, involucellis ovatis: foliis integerrimis obovatis petiolatis.
Dan. *Fugle-Melk; Vorte-Urt.*
In oleraceis.

DODECAGYNIA.

179. SEMPERVIVUM. 612.

393. SEMPERVIVUM *tectorum* foliis ciliatis: propaginibus patentibus.
Dan. *Huus-Lög.*
Pharmac. SEMPERVIVI MAJORIS herba.
In tectis tuguriorum.



Classis XVI.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

180. PRUNUS. *Cal.* inferus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Drupa* nux suturis prominentis.

DIGYNIA.

181. CRATÆGUS. *Cal.* superus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* infera. 2-sperma.

TRIGYNIA.

182. SORBUS. *Cal. superus*, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* infera 3-sperma.

PENTAGYNIA.

183. MESPILUS. *Cal.* superus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* infera, 5-sperma.
184. PYRUS. *Cal.* superus 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Pomum* inferum, 5-loculare, polyspermum.
185. SPIRÆA. *Cal.* inferus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Capsulæ* congestæ, polyspermæ.

POLYGYNIA.

186. ROSA. *Cal.* 5-fidus, urceolatus, carnosus, collo coarctatus. *Cor.* 5-petala. *Sem.* plurima, hispida, calycis interiori lateri affixa.

87. RUBUS. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* composita acinis monospermis.

190. TORMENTILLA. *Cal.* 8-fidus. *Cor.* 4-petala. *Sem.* 8, mutica, subrotunda, nuda, receptaculo parvo exsucco affixa.

188. FRAGARIA. *Cal.* 10-fidus. *Cor.* 5-petala. *Sem.* plurima supra receptaculum baccatum, decidua.

189. POTENTILLA. *Cal.* 10-fidus. *Cor.* 5-petala. *Sem.* plurima mutica, subrotunda, nuda, receptaculo parvo exsucco affixa.

191. GEUM. *Cal.* 10-fidus. *Cor.* 5-petala. *Sem.* plurima, caudata, pilosa.

192. COMARUM. *Cal.* 10-fidus. *Cor.* 5-petala, calyce minora. *Recept.* seminum ovatum, spongiosum, persistens.

† Spiraea filipendula.
Spiraea Ulmaria.



MONOGYNIA.

180. PRUNUS. 620.

394. PRUNUS *Padus* floribus racemosis: foliis deciduis, basi subtus biglandulosis.
Fl. Dan. t. 205. *P. Fl. Oec.* 115.
Dan. *Hæge-Bær; vilde Kirse-Bær.*
In dumeto extra septum, vulgo *Deyligheden.*

395. PRUNUS *spinosa* pedunculis solitariis: foliis lanceolatis glabris: ramis spinosis. *P. Fl. Oec.* 116.
Dan. *Slaaen-Torn.*
Pharmac. ACACIÆ NOSTRÆ cortex, flores, fructus.
Ubique vulgaris.

DIGYNIA.

181. CRATÆGUS. 622.

396. † CRATÆGUS *Aria* foliis ovatis inæqualiter serratis: subtus tomentosis.
Dan. *Axel-Bær; Bornholms Rosiner.*

397. CRATÆGUS *Oxyacantha* foliis obtusis subtrifidis serratis. *P. Fl. Oec.* 58.
Dan. *Hage-Torn; Havn-Torn; Hvid-Torn.*
Passim.

TRIGYNIA.

182. SORBUS. 623.

398. SORBUS *aucuparia* foliis pinnatis utrinque glabris.
P. Fl. Oec. 139.
Dan. *Rön.*
Pharmac. SORBI AUCUPARIÆ baccæ.
In Sylvis frequens.

PENTAGYNIA.

183. MESPILUS. 625.

399. † MESPILUS *Cotoneaster* inermis: foliis ovatis integerrimis. *Fl. Dan. t.* 112.

184. PYRUS. 626.

400. PYRUS *malus* foliis serratis: umbellis sessilibus.
F. Fl. Oec. 118.
Dan. *Skov-Æble.*
In Nemore ad paludem magnam.

185. SPIRÆA. 630.

401. SPIRÆA *filipendula* foliis pinnatis: foliolis uniformibus serratis: caule herbaceo: floribus cymosis.
Dan. *Bierg-Mandel; Bönder-Muskat.*
Pharmac. SAXIFRAGIÆ RUBRÆ radix, herba.
In septo *Deyligbeden* ac in colle *Brankebakke* vulgaris.
402. SPIRÆA *Ulmaria* foliis pinnatis: impari majore lobato: floribus cymosis.
Dan. *Möd-Urt; Giedde-Skiæg.*
Pharmac. ULMARIÆ radix, herba.
Cum præcedente vulgaris.

POLYGYNIA.

186. ROSA. 631.

403. ROSA *canina* germinibus ovatis pedunculisque glabris: caule petiolisque aculeatis.
Pharmac. ROSÆ SYLVESTRIS flores, fungi CYNOSBATI s. Bedeguar.
Vulgaris.

404. ROSA *spinosissima* germinibus globosis glabris: pedunculis, caule, petiolisque aculeatissimis.
Ad sepes minus frequens.

405. ROSA *Eglanteria* germinibus globosis pedunculisque glabris: caule aculeis sparsis rectis: petiolis scabris: foliolis acutis.
Dan. *Engel-Torn; Hyven-Torn.*
Vulgaris.
In dumetis nec rara; rarissima in Suecia planta.

187. RUBUS. 632.

* *Frutescentes.*

406. RUBUS *idæus* foliis quinato-pinnatis ternatisque: caule aculeato: petiolis canaliculatis.
Pharmac. RUBI IDÆI fructus.
Passim.

407. RUBUS *cæsius* foliis ternatis subnudis: lateralibus bilobis: caule tereti aculeato.
Dan. *Kor-Bær.*
In dumetis passim.

408. RUBUS *fruticosus* foliis quinato-digitatis ternatisque: caule petiolisque aculeatis.
Dan. *Brambær.*
In sepibus.

* * *Herbacei.*

409. RUBUS *saxatilis* foliis ternatis: flagellis nudis reptantibus herbaceis. *Fl. Dan. t.* 134.
Dan. *Frue-Bær.*
Inter lapides rarus.

410. † RUBUS *Chamæmorus* foliis simplicibus lobatis: caule inermi unifloro. *Fl. Dan. t.* 1.
Dan. *Multe-Bær.*
Pharmac. CHAMÆMORI fructus conditi.

188. FRAGARIA. 633.

411. FRAGARIA *vesca* flagellis reptans.
Dan. *Jord-Bær.*
Pharmac. FRAGARIÆ herba, radix, fructus.
In Sylvaticis passim.

189. POTENTILLA. 634.

* Foliis *pinnatis.*

412. POTENTILLA *anserina* foliis pinnatis serratis: caule repente. *P. Fl. Oec.* 113.
Dan. *Sölv-Urt; Gaase-Urt.*
Pharmac. ANSERINÆ herba.
Ad vias.

413. † POTENTILLA *rupestris* foliis pinnatis alternis; foliolis quinis ovatis, crenatis: caule erecto.

* * Foliis *digitatis.*

414. POTENTILLA *argentea* foliis quinatis cuneiformibus incisis subtus tomentosis: caule erecto.
Ad margines agrorum.

415. POTENTILLA *verna* foliis radicalibus quinatis acute serratis retusis: caulinis ternatis: caule declinato.
In collibus asperis apricis; in *Brankebakke* vulgaris.

416. POTENTILLA *reptans* foliis digitatis: caule repente: pedunculis unifloris.
Pharmac. PENTAPHYLLI radix, herba.
In campo ac horto.

417. † POTENTILLA *Norvegica* foliis ternatis: caule dichotomo: pedunculis axillaribus.
Fl. Dan. t. 171.

190. TORMENTILLA. 635.

418. TORMENTILLA *erecta*, caule erectiusculo: foliis sessilibus. *P. Fl. Oec.* 144.
Dan. *Tormentil; Blod-Roed.*
Pharmac. TORMENTILLÆ radix, herba.
In pascuis sterilibus.

191. GEUM. 636.

419. GEUM *urbanum* floribus erectis: fructu globoso villoso: aristis uncinatis nudis: foliis lyratis.
P. Fl. Oec 77.
Dan. *Nellike-Roed; Benedict-Urt.*
Pharmac. CARYOPHYLLATÆ radix, herba.
In dumetis.

420. GEUM *rivale* floribus nutantibus: fructu oblongo: aristis plumosis.
In pratis humidis.

192. COMARUM. 638.

421. COMARUM *palustre.*
In uliginosis frequens.



Classis XIII.

POLYANDRIA:

MONOGYNIA.

Flores *tetrapetali.*

195. PAPAVER. *Cal.* 2 - phyllus. *Cor.* 4 - petala. *Capſ.* 1 - locularis, coronata; ſub ſtigmate perſiſtente poris dehiſcens.

194. CHELIDONIUM. *Cal.* 2 - phyllus. *Cor.* 4 - petala. *Siliqua* 1 - locularis, linearis.

193. ACTÆA. *Cal.* 4 - phyllus. *Cor.* 4 - petala. *Bacca* 1 - locularis. *Sem.* ſemiorbiculata, gemino ordine.

Flores *pentapetali.*

198. CISTUS. *Cal.* 5 - phyllus: *Foliolis* duobus minoribus. *Cor.* 5 - petala. *Capſ.* ſubrotunda.

197. TILIA. *Cal.* 5 - partitus, deciduus. *Cor.* 5 - petala. *Bacca* ſicca, globoſa, 5 - locularis, 5 - valvis, baſi dehiſcens, 1 - ſperma.

† Delphinium Conſolida.

Flores *polypetali.*

196. NYMPHÆA. *Cal.* 4 - ſeu 5 - phyllus, magnus. *Cor.* polypetala. *Bacca* multilocularis, corticoſa, truncata.

TRIGYNIA.

199. DELPHINIUM. *Cal.* o. *Cor.* 5 - petala: ſupremo cornuto. *Nectarium* bifidum, ſeſſile. *Siliqua* 3. ſ. 1.

200. ACONITUM. *Cal.* o. *Cor.* 5 - petala: ſupremo galeato. *Nect.* 2 - pedunculata, recurva.

PENTAGYNIA.

201. AQUILEGIA. *Cal.* o. *Cor.* 5 - petala. *Nectaria* 5, corniculata inter petala. *Capf.* 5, distinctæ.

HEXAGYNIA.

202. STRATIOTES. *Spatha* diphylla. *Perianth.* 3-fidum. *Petala* 3. *Bacca* 6 - locularis, infera.

POLYGYNIA.

204. THALICTRUM. *Cal.* o. *Cor.* 4 - petala. *Sem.* plurima, submutica, nuda.

207. CALTHA. *Cal.* o. *Cor.* 5 - petala. *Capf.* plures, polyspermæ.

206. TROLLIUS. *Cal.* o. *Cor.* circiter 14 - petala, *Capf.* plurimæ, ovatæ, monospermæ.

203. ANEMONE. *Cal.* o. *Cor.* 6 - 9 - petala. *Sem.* plurima.

† A. Hepatica. *Cal.* 3 - phyllus.

205. RANUNCULUS. *Cal.* 5 - phyllus. *Cor.* 5 - petala, intra ungues poro mellifero. *Sem.* plurima.



MONO-

MONOGYNIA.

193. ACTÆA. 644.

422. ACTÆA *ſpicata* racemo ovato: fructibus baccatis.
Pauli Fl. Oec. 5.
Dan. *Drue-Munke*; *Chriſtophers-Urt.*
In nemore ac ſylvis paſſim.

194. CHELIDONIUM. 647.

423. CHELIDONIUM *majus* pedunculis umbellatis.
Dan. *Svale-Urt.*
Pharmac. CHELIDONII MAJORIS herba, radix.
In maceriis frequens.
424. † CHELIDONIUM *glaucium* pedunculis unifloris: foliis amplexicaulibus ſinuatis: caule glabro.

195. PAPAVER. 648.

* Capſulis *hiſpidis*.

425. PAPAVER *Argemone* capſulis clavatis hiſpidis: caule folioſo multifloro.
Dan. *Valdmue.*
In agris.

* * Capſulis *glabris*.

426. PAPAVER *dubium* capſulis oblongis glabris: caule multifloro ſetis adpreſſis: foliis pinnatifidis inciſis.
Inter ſegetes.
427. PAPAVER *Rhæas* capſulis glabris globoſis: caule piloſo multifloro: foliis pinnatifidis inciſis.
Dan *Korn-Roſe.*
Pharmac. PAPAVERIS RHÆADOS herba, flores.
Inter ſegetes.

428. * PAPAVER *somniferum* calycibus capsulisque glabris: foliis amplexicaulibus incisis.
Pharm. PAPAVERIS ALBI & NIGRI semina, capitula.
In septo *Deyligheden*, in macerie horti veteris, ac in horto frequens.
Tota glabra, parte caulis inter fructificationem & supremum folium setis raris prostantibus.

196. NYMPHÆA. 653.

429. NYMPHÆA *lutea* foliis cordatis integerrimis: calyce petalis majore, pentaphyllo.
Dan. *Aakande; Kierlinge-Kruus.*
In amne ac lacubus frequens.

430. NYMPHÆA *alba* foliis cordatis integerrimis: calyce quadrifido.
Pharmac. NYMPHÆÆ ALBÆ *radix*, *flores.*
Cum præcedente vulgaris.

197. TILIA. 660.

431. TILIA *Europaea* floribus nectario destitutis.
P. Fl. Oec. 143.
Dan. *Lind.*
Pharmac. TILIÆ flores, cortex interior, carbones.
In nemoroso *Cathrinenholm.*

198. CISTUS. 673.

432. CISTUS *Helianthemum* suffruticosus procumbens: stipulis lanceolatis: foliis oblongis revolutis subpilosis. *Fl. Dan. t.* 101.
In aridis passim.

TRIGYNIA.

199. DELPHINIUM. 681.

33. DELPHINIUM *Consolida* nectariis monophyllis: caule subdiviso. *P. Fl. Oec.* 59.
Dan. *Ridder-Spore.*
Pharmac. CONSOLIDÆ REGALIS flores.
In agris raro.

200. ACONITUM. 682.

34. † ACONITUM *Napellus* foliorum laciniis linearibus superne latioribus linea exaratis.
Fl. Dan. t. 123. *Pauli Fl. Oec.* 3.
Dan. *Storm-Hat; Munke-Hætte.*

PENTAGYNIA.

201. AQUILEGIA. 684.

35. AQUILEGIA *vulgaris* nectariis incurvis.
Dan. *Akkeley.*
Pharmac. AQUILEGIÆ herba, flores, semina.
In nemorosis raro; in hortis frequens.

HEXAGYNIA.

202. STRATIOTES. 687.

36. STRATIOTES *Aloïdes* foliis ensiformi-triangulis ciliato-aculeatis.
Dan. *Vand-Aloë.*
In amne ac paludosis.

POLYGYNIA.

203. ANEMONE. 694.

* Flore *calyculato.*

437. ANEMONE *Hepatica* foliis trilobis integerrimis.
Dan. *Adel-Klefver.*
Pharmac. HEPATICÆ NOBILIS herba, flores.
In umbrosis nemoris ac Sylvæ *Hareskov* frequens.

* * Pedunculo *involucrato.*

438. ANEMONE *Pulsatilla* pedunculo involucrato: petalis rectis: foliis bipinnatis.
Fl. Dan. t. 153. *Paul. Fl. Oec.* 18.
Dan. *Koe-Bielde; Oxe-Oere.*
Pharmac. PULSATILLÆ herba.
In colle aprico.

439. * ANEMONE *pratensis* pedunculo involucrato: petalis apice reflexis: foliis bipinnatis.
In aridis ad lacum *Fuursöe Farum* versus vulgatissima.

440. † ANEMONE *vernalis* pedunculo involucrato: foliis pinnatis: flore erecto. *Fl. Dan. t.* 29.

* * * Flore *nudo.*

441. ANEMONE *nemorosa* seminibus acutis: foliolis incisis: caule unifloro. *Pauli Fl. Oec.* 17.
Dan. *Hvid-Sippe; Hvide-Ved.*
Pharmac. RANUNCULI ALBI flores.
In nemorosis vulgaris.

442. † ANEMONE *Ranunculoïdes* seminibus acutis: foliolis incisis: petalis subrotundis: caule subbifloro. *Fl. Dan. t.* 140.
In prato nemoroso ad lacum *Værelöse* frequens; in luco *Ermelund* vulgatissima.

204. THALICTRUM. 697.

43. † THALICTRUM *minus* foliis sexpartitis: floribus cernuis.
In sabuloso ad diversorium *Kiöge-Kroe.*
Folia quædam sexpartita, quædam tripartita. *Petala* 4. purpurescentia. *Stamina* 14. 16. vel 18. *Pistilla* 3. 4. vel 5.

44. THALICTRUM *flavum* caule folioso sulcato: panicula multiplici erecta.
Dan. *Knepi-Panden.*
In subhumidis pratis.

45. † THALICTRUM *aquilegifolium* fructibus pendulis triangularibus rectis: caule tereti.

205. RANUNCULUS. 699.

* Foliis *simplicibus.*

46. RANUNCULUS *flammula* foliis ovato-lanceolatis petiolatis: caule declinato.
Dan. *Hane-Fod.*
In pascuis udis frequens.

47. RANUNCULUS *reptans* foliis linearibus: caule repente. *Fl. Dan. t.* 108.
In ripa lacus *Lyngbye-Söe.*

48. RANUNCULUS *Lingua* foliis lanceolatis: caule erecto.
In lacu *Lyngbye-Söe.*

49. † RANUNCULUS *amplexicaulis* foliis ovatis acuminatis amplexicaulibus: caule multifloro: radice fasciculata.

50. RANUNCULUS *Ficaria* foliis cordatis angulatis petiolatis.
Pharmac. CHELIDONII MINORIS radix, herba.
Vulgaris ubique primo vere.

* * Foliis *diſſectis & diviſis.*

451. RANUNCULUS *auricomus* foliis radicalibus reni-formibus, crenato-inciſis: caulinis digitatis linearibus: caule multifloro. B.
In paſcuis ſubhumidis.

452. RANUNCULUS *ſceleratus* foliis inferioribus palmatis, ſummis digitatis: fructibus oblongis.
In paludibus & ad ripam amnis.

453. RANUNCULUS *bulboſus* calycibus retroflexis: pedunculis ſulcatis: caule erecto: foliis compoſitis.
In paſcuis vulgaris.

454. RANUNCULUS *repens* calycibus patulis: pedunculis ſulcatis: ſtolonibus repentibus: foliis compoſitis.
In oleraceis.

455. † RANUNCULUS *polyanthemos* calycibus patulis: pedunculis ſulcatis: caule erecto: foliis multipartitis.

456. RANUNCULUS *acris* calycibus patulis: pedunculis teretibus: foliis tripartito-multifidis: ſummis linearibus. *P. Fl. Oec.* 120.
Dan. *Smör-Urt; Krage-Tæer; Hane-Fod.*

457. RANUNCULUS *arvenſis* ſeminibus aculeatis: foliis ſuperioribus decompoſitis linearibus.
In agris.

458. † RANUNCULUS *hederaceus* foliis ſubrotundis trilobis integerrimis: caule repente.

459. RANUNCULUS *aquatilis* foliis ſubmerſis capillaribus: emerſis ſubpeltatis.
In paludoſis Seminarii *Deyligheden.*
In horto offendi loco elatiori ab aquoſis remotiſſimo, foliis omnibus capillaribus.

206. TROLLIUS. 700.

460. TROLLIUS *Europæus* corollis conniventibus: nectariis longitudine ſtaminum.
Fl. Dan. t. 133.
Dan. *Eng-Blomme; Kabbeleye.*
In pratis ſubhumidis ad lacum *Bagſuærd*, & ad tuguria *Ravnebuſene.*

207. CALTHA. 703.

461. CALTHA *paluſtris. P. Fl. Oec.* 42.
Dan. *Smör-Urt; Koe-Blomme.*
In uliginoſis vulgaris.



Classis XIV.

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

* Calyces *subquinquefidi.*

219. LEONURUS. *Antheræ* glandulis nitidis osseis adspersæ.

213. GLECOMA. *Antherarum* singulum par in formam crucis connivens. *Calyx* 5-fidus.

212. MENTHA. *Filamenta* distantia, recta. *Corolla* subæqualis, 4-fida: lacinia latiore emarginata.

208. TEUCRIUM. *Corollæ* labium superius (nullum) ultra basin bipartitum, divaricatum pro egressu staminum.

210. AJUGA. *Corollæ* labium superius minimum. *Stamina* labio superiore longiora.

211. BETONICA. *Corollæ* labium superius adscendens planiusculum, tubus cylindricus. *Calyx* aristatus.

214. LAMIUM. *Corollæ* Labium superius integrum, fornicatum; labium inferius bilobum; *faux* utrinque margine dentata.

215. GALEOPSIS. *Corollæ* labium superius crenatum, fornicatum; labium inferius supra bi-dentatum.

216. STACHYS. *Corollæ* labium sup. fornicatum; lab. inferius lateribus reflexum: lacinia intermedia majore emarginata. *Stamina* deflorata versus latera reflexa.

209. NEPETA. *Corollæ* lab. inferius lacinula intermedia crenata. *Faux* margine reflexo. *Stamina* approximata.

217. BALLOTA. *Cal.* hypocrateriformis, 5-dentatus, 10-ſtriatus. *Corollæ* lab. ſup. crenatum, concavum.

218. MARRUBIUM. *Cal.* hypocrateriformis rigidus, 10-ſtriatus. *Cor.* lab. ſup. 2-fidum, lineare, rectum.

* Calyces *bilabiati.*

223. SCUTELLARIA. *Calyx* ore integro poſt floreſcentiam clauſo, operculato.

222. THYMUS. *Calycis* bilabiati faux villis clauſa.

224. PRUNELLA. *Filamenta* bifurca, altero apice antherifera.

221. ORIGANUM. *Strobilus* tetragonus, ſpicatus, calyces colligens.

220. CLINOPODIUM. *Involucrum* multiſetum verticillo ſubjectum, calyces colligens.

ANGIOSPERMIA.

Calyces *quadrifidi.*

228. LATHRÆA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* perſonata: glandula depreſſa ad baſin futuræ germinis. *Capſ.* 1-locularis.

226. EUPHRASIA. *Cal.* 4-fidus, cylindricus. *Cor.* perſonata. *Antheræ* inferiores altero lobo baſi ſpinoſæ.

225. RHINANTHUS. *Cal.* 4-fidus, ventricoſus. *Cor.* perſonata. *Capſ.* 2-locularis, obtuſa, compreſſa.

227. MELAMPYRUM. *Cal.* 4-fidus. *Coroll.* perſonata: lab. ſuperius compreſſum, margine replicato. *Capſ.* 2-locularis, obliqua, dehiſcens. *Semina* 2-gibba.

Calyces *quinquefidi*.

230. LIMOSELLA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida, æqualis. *Stam.* per paria approximata. *Capſ.* 1-locularis, 2-valvis, polyſperma.
231. SCROPHULARIA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* ſubgloboſa, reſupinata. Labii ſegmento intermedio interno. *Capſ.* 2-locularis.
232. ANTIRRHINUM. *Cal.* 5-phyllus. *Corolla* perſonata baſi deorſum prominens, nectarifera. *Capſ.* 2-locularis.
229. PEDICULARIS. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* perſonata. *Capſ.* 2-locularis, mucronata, obliqua. *Semina* tunicata.



GYMNOSPERMIA.

208. AJUGA. 705.

462. AJUGA *pyramidalis* tetragono-pyramidalis.
Fl. Dan. t. 185. *Pauli Fl. Oec.* 12.
Pharmac. CONSOLIDÆ MEDIÆ herba.
463. † AJUGA *reptans* ſtolonibus reptantibus.

209. TEUCRIUM. 706.

464. † TEUCRIUM *Scordium* foliis oblongis ſeſſilibus dentato-ſerratis: floribus geminis lateralibus pedunculatis: caule diffuſo.
Dan. *Skordium*, *Lögs-Urt.*
Pharmac. SCORDII herba.
In pratis humidis.

210. NEPETA. 710.

465. NEPETA *Cataria* floribus ſpicatis: verticillis ſubpedicellatis: foliis petiolatis cordatis dentato-ſerratis.
Dan. *Katte-Urt.*
In ruderatis.

211. BETONICA. 718.

466. † BETONICA *officinalis* ſpica interrupta: corollarum lacinia labii intermedia emarginata.
Dan. *Betonie.*
Pharmac. BETONICÆ herba, flores.

212. MENTHA. 713.

* *Spicatæ.*

467. † MENTHA *viridis* ſpicis oblongis: foliis lanceolatis nudis ſerratis ſeſſilibus: ſtaminibus corolla longioribus.
Dan. *Mynthe.*

468. † MENTHA *sylvestris* spicis oblongis: foliis oblongis tomentosis serratis sessilibus: staminibus corolla longioribus. *Spec. Plant. p.* 804.

** *Capitatæ.*

469. MENTHA *aquatica* spicis capitatis: foliis ovatis serratis petiolatis: staminibus corolla longioribus.
Dan. *Heste-Mynthe.*
Ad ripam amnis ac lacuum frequens.

470. MENTHA *arvensis* floribus verticillatis: foliis ovatis acute serratis: staminibus corollam æquantibus. *Moris Hist. III. p.* 369. *t.* 7. *f.* 5.
Pharmac. MENTHÆ SYLVESTRIS herba.
In pratis humidis agrisque vulgaris.

471. † MENTHA *pulegium* floribus verticillatis: foliis ovatis obtusis subcrenatis: caulibus subteretibus repentibus: staminibus corolla longioribus.
Dan. *Vand-Poley.*

213. GLECOMA. 714.

472. GLECOMA *hederacea* foliis reniformibus crenatis.
P. Fl. Oec. 78.
Dan. *Jord-Vedbende.*
Pharmac. HEDERÆ TERRESTRIS herba.
Ad sepes & alibi vulgaris.

214. LAMIUM. 716.

473. LAMIUM *album* foliis cordatis acuminatis petiolatis: verticillis vigintifloris.
Dan. *Döv-Nelde.*
Pharmac. LAMII ALBI herba.
In cultis.

474. LAMIUM *purpureum* foliis cordatis obtusis petiolatis.
In cultis.

475. LAMIUM *amplexicaule* foliis floralibus sessilibus amplexicaulibus obtusis.
Dan. *Katte-öyne.*
In arvis ac hortis vulgaris.

215. GALEOPSIS. 717.

476. GALEOPSIS *Ladanum* internodiis caulinis æqualibus: verticillis omnibus remotis.
Dan. *Hampe-Nelde.*
In arvis sabulosis.

477. GALEOPSIS *Tetrahit* internodiis caulinis superne incrassatis: verticillis summis subcontiguis.
β, GALEOPSIS corolla flava: labio inferiore maculato.
Inter olera & segetes frequens; β, in agris *Bagsværd* vulgatissima.

478. GALEOPSIS *Galeobdolon* verticillis sexfloris: involucro tetraphyllo.
In nemorosis fossis.

216. STACHYS. 719.

479. STACHYS *sylvatica* verticillis sexfloris: foliis cordatis petiolatis.
In nemore ad hortum ac in foveis ad maceriem frequens.

480. STACHYS *palustris* verticillis sexfloris: foliis lineari-lanceolatis amplexicaulibus.
In agris subhumidis.

481. STACHYS *arvensis* verticillis sexfloris: caule debili: foliis obtusis nudiusculis: corollis calyce vix longioribus.

217. BALLOTA. 720.

482. BALLOTA *nigra* foliis cordatis indivisis serratis: calycibus acuminatis.
Ad pagum *Wirum*.

218. MARRUBIUM. 721.

483. MARRUBIUM *vulgare* dentibus calycinis setaceis uncinatis.
Dan. *Marrube*.
Pharmac. MARRUBII ALBI herba.
In ruderatis.

219. LEONURUS. 722.

484. LEONURUS *Cardiaca* foliis caulinis lanceolato-trilobis.
Dan. *Hierte-Span; Sey-Urt.*
Pharmac. CARDIACÆ herba.
In ruderatis.

220. CLINOPODIUM. 725.

485. CLINOPODIUM *vulgare* capitulis subrotundis hispidis: bracteis setaceis.
In collibus aridis.

221. ORIGANUM. 726.

486. ORIGANUM *vulgare* spicis subrotundis paniculatis conglomeratis: bracteis calyce longioribus ovatis. *P. Fl. Oec.* 103.
Dan. *Vild-Meyran; Tost; Konning.*
Pharmac. ORIGANI VULGARIS herba.
In montosis sylvaticis.

222. THYMUS. 727.

187. THYMUS *Serpyllum* floribus capitatis: caulibus repentibus: foliis planis obtusis basi ciliatis.
P. Fl. Oec. 142.
Dan. *Vild-Thymian; Vor-Frues Sengehalm.*
Pharmac. SERPYLLI herba.
In siccis apricis frequens.

188. THYMUS *Acinos* verticillis sexfloris: caulibus erectis subramosis: foliis acutis serratis.
Dan. *Vild Basilikum.*
In aridis rarior.

223. SCUTELLARIA. 734.

189. SCUTELLARIA *galericulata* foliis cordato-lanceolatis crenatis, floribus axillaribus.
Dan. *Feber-Urt.*
Ad ripas amnis ac paludum frequens.

224. PRUNELLA. 735.

190. PRUNELLA *vulgaris* foliis omnibus ovato-oblongis petiolatis.
In pascuis frequens.

ANGIOSPERMIA.

225. RHINANTHUS. 740.

191. RHINANTHUS *crista galli*, corollarum labio superiore compresso breviore.
Dan. *Hane-Kamm.*
In pratis siccis.

226. EUPHRASIA. 741.

492. EUPHRASIA *officinalis* foliis ovatis lineatis argute dentatis.
Dan. *Oeyen-Tröst.*
Pharmac. EUPHRASIÆ herba.
In sterilibus ubique.

493. EUPHRASIA *Odontites* foliis linearibus: omnibus serratis.
In agris rarior.

227. MELAMPYRUM. 742.

494. MELAMPYRUM *cristatum* spicis quadrangularibus: bracteis cordatis compactis denticulatis imbricatis.
Dan. *Koe-Huede.*
Passim, in colle ad Molendinum ærarium frequentius.

495. † MELAMPYRUM *arvense* spicis conicis laxis: bracteis dentato-setaceis. *P. Fl. Oec.* 98.
Dan. *Koe-Huede; Ræve-Rumpe.*
Inter segetes.
In Præfectura *Hafniensi* exulat; in *Fridericoburgensi* numero Secale fere superat.

496. MELAMPYRUM *nemorosum* floribus secundis lateralibus, bracteis dentatis, cordato-lanceolatis: summis coloratis sterilibus: calycibus lanatis.
In prato nemoroso *Bagsværd*, & ad Molendina vulgaris.

497. MELAMPYRUM *pratense* floribus secundis lateralibus: conjugationibus remotis: corollis clausis.
In pratis.

498. MELAMPYRUM *sylvaticum* floribus secundis lateralibus: conjugationibus remotis: corollis hiantibus. *Fl. Dan. t.* 145.
In nemore.

228. LA-

228. LATHRÆA. 743.

9. † LATHRÆA *Squamaria* caule simplicissimo: corollis pendulis: labio inferiore trifido.
Fl. Dan. t. 134.
Dan. *Tand-Urt.*
Kylling quidem olim *Fridrichsdal* locum huic natalem indicit; jam vero mihi assiduissime quærenti legere non contigit.

229. PEDICULARIS. 746.

00. PEDICULARIS *palustris* caule ramoso: calycibus calloso-punctatis: corollis labio obliquis.
Dan. *Luus-Urt; Eng-Trold.*
In pratis paludosis frequens ad lacus *Lyngbye* & *Bagsværd.*

501. PEDICULARIS *sylvatica* caule ramoso: calycibus oblongis angulatis lævibus: corollis labio cordato.
Fl. Dan. t. 225.
Cum præcedente passim.

230. ANTIRRHINUM. 750.

502. ANTIRRHINUM *Linaria* foliis lanceolato-linearibus confertis: caule erecto: spicis terminalibus sessilibus: floribus imbricatis.
P. Fl. Oec. 22.
Dan. *Vild-Hör: Torske-Mund.*
Pharmac. LINARIÆ herba.
In ruderatis ac in ipsa area Villæ.

503. ANTIRRHINUM *minus* foliis plerisque alternis lanceolatis obtusis: caule ramosissimo diffuso.
In campis rarior.

504. † ANTIRRHINUM *Orontium* corollis ecaudati floribus subspicatis: calycibus digitatis corolla lo gioribus.
Pharmac. ANTIRRHINI herba.


231. SCROPHULARIA. 756.

505. SCROPHULARIA *nodosa* foliis cordatis trinerva tis: caule acutangulo.
Dan. *Orme-Urt; Bruun-Roed.*
Pharmac. SCROPHULARIÆ radix.
Ad maceries ac in foveis haud infrequens.

506. † SCROPHULARIA *aquatica* foliis cordatis petio latis decurrentibus obtusis: caule membranis an gulato: racemis terminalibus.

232. LIMOSELLA. 776.

507. LIMOSELLA *aquatica.*
Fl. Dan. t. 69.
In ripa amnis ad molendinum, ac in piscina sylva frequens.



Classis XV.

ETRADYNAMIA.

SILICULOSÆ.

Silicula *integra nec apice emarginata.*

DRABA. *Silicula* integra, ovali-oblonga: *Valvulis* planiusculis, dissepimento parallelis. *Stylus* nullus.

LUNARIA. *Silicula* integra, elliptica, compresso-plana: *Valvis* dissepimento æqualibus, parallelis, planis. *Stylus* exsertus.

SUBULARIA. *Silicula* integra, ovata, *Valvis* ovatis, concavis, dissepimento contrariis. *Stylus* silicula brevior.

3. MYAGRUM. *Silicula* stylo conico terminata persistente: *Valvulis* concavis.

Silicula *apice emarginata.*

IBERIS. *Silicula* polysperma, emarginata. *Cor.* irregularis: petalis 2 exterioribus majoribus.

3. COCHLEARIA. *Silicula* emarginata, turgida, scabra: *Valvulis* gibbis, obtusis.

5. LEPIDIUM. *Silicula* emarginata cordata, polysperma: *Valvulis* carinatis, contrariis.

7. THLASPI. *Silicula* emarginata, obcordata, polysperma: *Valvulis* navicularibus, marginato-carinatis.

SILIQUOSÆ.

Calyx *clausus*: Foliolis *longitudinaliter conniventibus*.

249. RAPHANUS. *Cal.* clausus. *Siliqua* torosa articulata, teres. *Glandulæ* melliferæ 2 inter mina breviora & pistillum, totidem inter stami longiora & calycem.

244. ERYSIMUM. *Cal.* clausus. *Siliqua* columna exacte tetraedra.

245. ARABIS. *Glandulæ* nectariferæ 4, singulæ in calycis foliola squamæ instar reflexæ. *Stig* simplex.

247. BRASSICA. *Cal.* erectus connivens. *Sem.* glob sa. *Glandula* inter stamina breviora & pistillu interque longiora & calycem.

246. TURRITIS. *Cal.* erectus, connivens. *Cor.* e cta. *Siliqua* longissima, angulata.

241. DENTARIA. *Cal.* longitudinaliter conniven *Stigma* emarginatum. *Siliqua* elastice dissilien *Valvulis* revolutis.

Calyx *hians*: Foliolis *superne distantibus*.

252. CRAMBE. *Siliqua* decidua, globosa, sicco-bacca ta. *Filamenta* 4, apice bifurca: altero anthera.

251. ISATIS. *Siliqua* lanceolata, 1-locularis, 1-sperma, decidua, bivalvis. *Valvulis* navicularibus

250. BUNIAS. *Siliqua* decidua, tetraedra, anguli inæqualibus acuminatis muricata.

242. CARDAMINE. *Siliqua* elastice dissiliens, *Valvulis* revolutis. *Stigma* integrum. *Cal.* subhians

248. SINAPIS. *Siliqua* dehiscens. *Cal.* patens. *Co* ungues rectæ. *Glandula* inter stamina breviora & pistillum interque longiora & calycem.

243. SISYMBRIUM. *Siliqua* dehiscens valvulis r ctiusculis. *Calyx* patens. *Corolla* patula.

SILICULOSA.

233. MYAGRUM. 796.

08. MYAGRUM *sativum* siliculis obovatis pedunculatis, polyspermis.
Dan. *Gier; Vild-Hör.*
In agris.

09. MYAGRUM *paniculatum* siliculis lentiformibus orbiculatis punctato-rugosis. *Fl. Dan. t.* 204.
In agris haud infrequens.

234. SUBULARIA. 799.

10. † SUBULARIA *aquatica. Fl. Dan. t.* 35.
In lacustribus sabulosis.

235. DRABA. 800.

* Caule *nudo.*

11. DRABA *verna* scapis nudis: foliis lanceolatis subincisis.
Dan. *Gæslinge-Blomster.*
In apricis aridis ubique.

236. LEPIDIUM. 801.

12. LEPIDIUM *sativum* floribus tetradynamiis: foliis oblongis multifidis.
Pharmac. NASTURTII semen.
Ad hortum.

13. LEPIDIUM *ruderale* floribus diandris apetalis: foliis radicalibus dentato-pinnatis: ramiferis linearibus integerrimis. *Fl. Dan. t.* 184.
In ruderatis.

237. THLASPI. 802.

514. THLASPI *arvense* siliculis orbiculatis: foliis oblongis, dentatis, glabris. *P. Fl. Oec.* 142.
Dan. *Penge-Urt.*
Pharmac. THLASPEOS semina.
In agris.

515. THLASPI *campestre* siliculis subrotundis: foliis sagittatis dentatis incanis.
In arvis apricis.

516. THLASPI *Bursa pastoris* siliculis obcordatis: foliis radicalibus pinnatifidis.
Dan. *Hyrde-Taske.*
Pharmac. BURSÆ PASTORIS herba.
In cultis ubique.

238. COCHLEARIA. 803.

517. COCHLEARIA *Danica* foliis hastatis angulatis.
Fl. Dan. t. 100.
Ad littora maris.

518. † COCHLEARIA *officinalis* foliis radicalibus subrotundis; caulinis oblongis subsinuatis.
Fl. Dan. t. 135. *P. Fl. Oec.* 53.
Dan. *Cochlearie; Skiörbugs-Urt.*
Pharmac. COCHLEARIÆ herba.

519. † COCHLEARIA *Coronopus* foliis pinnatifidis.
Fl. Dan. t. 202.

520. † COCHLEARIA *Armoracia* foliis radicalibus lanceolatis crenatis: caulinis incisis.
Dan. *Vild Peber-Roed.*
Pharmac. ARMORACIÆ radix.

239. IBERIS. 804.

521. IBERIS *nudicaulis* herbacea foliis sinuatis: caule nudo simplici.
Dan. *Steenkarse.*
In arenosis.

240. LUNARIA. 809.

522. † LUNARIA *annua* foliis oppositis.

SILIQUOSA.

241. DENTARIA. 811.

523. DENTARIA *bulbifera* foliis inferioribus pinnatis: summis simplicibus.
In nemore; raro. *In præcipitiis promontorii Insulæ *Monæ* vulgaris.

242. CARDAMINE. 812.

524. CARDAMINE *impatiens* foliis pinnatis incisis stipulatis: floribus apetalis.
Moris. Hist. III. p. 221. *t.* 4. *f.* 1.
In umbrosis ad ripam, in Sylva *Næsset.*

525. CARDAMINE *hirsuta* foliis pinnatis: floribus tetrandris. *Fl. Dan. t.* 148.
In nemore ad ripam hortum versus, & alibi passim.

526. CARDAMINE *pratensis* foliis pinnatis: foliolis radicalibus subrotundis: caulinis lanceolatis.
Dan. *Enge-Karse.*
In pascuis aquosis ubique.

527. CARDAMINE *amara* foliis pinnatis: axillis stoloniferis. *P. Fl. Oec.* 44.
Dan. *Vand-Karse.*
In aquosis umbrosis passim.

243. SISYMBRIUM. 813.

* Siliquis *declinatis brevibus.*

528. SISYMBRIUM *Nasturtium aquat.* siliquis declinatis: foliis pinnatis: foliolis subcordatis.
Dan. *Vand-Karse.*
Pharmac. NASTURTII AQUATICI herba.
Minus frequens.

529. SISYMBRIUM *sylvestre* siliquis declinatis: foliis pinnatis: foliolis lanceolatis serratis.
In humidis agrorum.

530. SISYMBRIUM *amphibium* siliquis declinatis oblongo-ovatis: foliis pinnatifidis serratis.
Dan. *Vand-Peberroed.*
In palustribus.

* * Caule *nudo.*

531. † SISYMBRIUM *arenosum* caule subfolioso ramoso: foliis lyratis rectangulo-dentatis hispidis: pilis ramosis.

* * * Foliis *pinnatis.*

532. SISYMBRIUM *Sophia* petalis calyce minoribus: foliis decomposito-pinnatis.
Pharmac. SOPHIÆ semina.
In maceriis passim.

244. ERYSIMUM. 814.

533. † ERYSIMUM *officinale* siliquis spicæ appressis: foliis runcinatis.
Dan. *Vild Senip.*
Pharmac. ERYSIMI herba.

534. ERYSIMUM *Barbaræa* foliis lyratis: extimo subrotundo. Dan. *Vinter-Karse.*
Ad ripas raro.

535. ERYSIMUM *Alliaria* foliis cordatis.
Dan. *Hvidlögs-Urt.*
Pharmac. ALLIARIÆ herba.
In umbrosis frequens.

536. † ERYSIMUM *Cheiranthoïdes* foliis lanceolatis integerrimis.

245. ARABIS. 818.

537. † ARABIS *Alpina* foliis amplexicaulibus dentatis. *Fl. Dan. t. 62.*

538. ARABIS *Thaliana* foliis petiolatis lanceolatis integerrimis.
In aridis.

246. TURRITIS. 819.

